




GAUDEO.

d ~~11791~~ Coll: Compeat

[1472?]

printed by Ulric Zell

at Cologne circa 1470.

A rare and desirable specimen of early typography.

Bound in the style of Roger Payne.

There is a variation from the Harvard copy in the last line of 20a

Althorp duplicate.
Press mark in hand of Ochsla. (11791)
Undoubtedly Roger Payne. according to E. G. Duff 27.x.04

Annei lucij Senece de quattuor virtutibus liber Incipit ;

Quatuor virtutum species multorũ sapientum sentẽcijs diffinite sunt q̃b9 animus humanus comptus ad honestatem vite possit accedere. Harum prima ẽ prudẽcia. secũda magnanimitas. tercia cõtinencia. quarta iusticia Singule igitur hijs officijs que subter annexa sunt honestum ac morigeratũ viꝝ efficiũt ;

De prudencia

Quisquis ergo prudẽciam sequi desideras tunc per racionẽ recte viues si omnia prius existimes et perpenses et dignitatem reb9 nõ ex opinione multoꝝ sed ex earũ natura cõstituas Nam scire debes quia sũt que videntur bona esse et nõ sũt. quedam vero nõ vidẽtur bona esse et sũt Quecũqꝫ autem ex rebus trãsitorijs possides non mireris. Nec magni estimes quod caducũ est Nec apud te que habes tãquam aliena seruabis sed pro te tãquã tua dispenses et vtaris Si prudenciam amplecteris vbiqꝫ idem eris et pro vt rerum ac temporis varietas exigit ita te accomodes tempori. Nec te in aliquibus mutes sed pocius aptes sicut manus que eadem est et cũ in palmam extenditur et cũ in pugnum astringitur Prudentis proprium est examinare consilia et nõ cito facili

credulitate ad falsa prolari. De dubijs nō diffini
as sed suspensā tene sentenciam. Nichil affirmes
quia nō omnis verisimile statim verū est. sicut et
sepius quod primū incredibile videtur nō conti
nuo falsum est. Crebro siquidem faciem mendacij
veritas retinet. Crebro mendatiū specie verita
tis occulitur. Nam sicut aliquando tristem frontē
amicus et blandam adulator ostendit. sic verisi
mile coloratur et vt fallat vel surripiat conatur.
Si prudens esse cupis in futura prospectū inten
de et que possint contingere animo tuo cuncta pro
pone. Nichil tibi subitū sit sed totū ante prospici
as. Nam qui prudens est non dicit nō putaui hoc
fieri quia non dubitat sed expectat nō suspicatur
sed cauet. Cuiuscūqȝ causam require et cū inicia in
veneris exitū cogitabis. Scito in quib9dam te per
seuerare debere quia cepisti. quedā vero nec incipe
re in quibus perseuerare est noxiū. Prudēs fallere
nō vult falli nō potest. Opiniones tue iudicia sint
Cogitaciones vagas et velud sompnio similes
nō recipies quibus si animū tuū oblectaueris cū
omnia disposueris tristis remanebis. sed cogita
cio tua stabilis sit et certa. siue deliberet siue q̄rat
siue cōtempletur nō recedat a vero. Sermo quoqȝ
tu9 nō sit inanis sed aut suadeat aut moneat aut
cōsoletur aut precipiat. Lauda parce vitupera
pa9. similiter enim rephēsibilis ē nimia laudacio

vt imoderata vituperacio illa siquidē adulacione ista malignitate suspecta est Testimonium veri tati nō amicicie reddas Cū cōsideracione promit te Plenius q̄ꝑ promiseris presta Si prudens es animus tuus tribus temporibus dispēsetur. Pre sencia ordina futura prouide preterita recordare. Nam qui nil de preterito cogitat perdit vitā. qui nichil de futuro premeditatur in omnia incautus incidit Propone autem animo tuo et mala futu ra et bona vt illa sustinere possis ista moderari Non semper in actu sis sed interdū animo tuo re quiem dato. et requies ipsa plena sit sapiēcie stu dijs et cogitacionibus bonis. Nam prudēs nūquā ocio marcet aliquādo animū remissum habet nū quā solutū. Accelerat tarda perplexa expedit du ra mollit ardua exequat. scit enim quid qua via aggredi debeat et cito singula et distinte videt. Cō siliū peritoꝝ ex apertis obscura estimat ex paruis magna ex proximis remota ex partibus tota. Nō te moueat dicentis auctoritas nec quis sed quid dicat intendito. Non q̄ꝑ multis sed qualibus pla ceas cogita. Id quere quod possis inuenire. Id disce quod possis scire. Id opta quod optari co ram bonis potest. Nec alcion te rei imponas in q̄ stanti tibi tremendū descendēti cadēdum est. Tūc consilia tibi salutaria aduoca cū tibi alludit vite huiꝰ prosperitas. tūc te velut in lubrico retinebis

ac sistes. Nec tibi dabis impetus liberos sed circū spicies quo eundum sit et quousqȝ

De magnanimitate

Agnanimitas vero que et fortitudo dicitur si insit animo tuo cū magna fiducia vives liber intrepidus alacer. Magnū humani animi bonum est non tremere sed constare sibi et finem huius vite intrepidum expectare. Si magnanimus fueris nūquā iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimicis dices non nocuerūt michi sed animū nocendi habuerūt. Et cū illos in potstate tua videris vindictā putabis vindicare potuisse. Scito enim honestum et magnum vindicte esse genus ignoscere. Neminem susurro appetas. Neminem suffodias. Palā egredere. Non geres conflictum nisi indixeris. Nam fraudes et doli imbecillū decēt. Eris magnanimus si pericula nō appetas vt temerarius nec formides vt timidus nam timidum nō facit animū nisi reprehensibilis vite cōscientia

De continencia

Continenciam vero si diligis circūcide superflua et in arctū desideria tua cōstringe. Cōsidera tecū quātū natura poscat nō quātū cupiditas expetat. Si cōtinēs fueris vsqȝ eo peruenies vt te ipo cōtēt9 sis. Nā qui sibi satis ē cū diuicijs nat9 ē. Inpone cōcupiscencie tue frenū. Omniaqȝ blādimēta que occulta voluptate animū trahūt reice

Ede citra cruditatem bibe citra ebrietatem ·Obser
ua ne in conuiuio vel in qualibet vite cōmunitate
quos imitaberis dampnare videaris·Nec p̄senti
bus delicijs inherebis nec desiderabis absentes·
Victus tibi ex facili sit nec ad voluptatē sed ad
cibum accede·Palatū tuū fames excitet non sapo
res·Desideria tua paruo redime quia hoc tantū cu
rare debes ut desināt·Atqꝫ ita quasi ad exemplar
diuinū cōpositꝰ a corpore ad spiritū quātū potes
adducere ¶Si cōtinēciam studes habita nō amene
ꝫ salubrit̄·Nec dominū notū eē velis a domo ꝫ do
mū a dn̄o Nō t̄ affingas qđ nō eris·Nec q̄ es ma
gisq̄ es videri velis·Hoc magis obserua ne pau
ptas t̄ imūda sit ne parsimoīa sordida ne simpli
citas neglecta·ne lenitas languida·Et si res tibi
imūda sit ne parsimoīa sordida ne simplicitas ne
glecta ne lenitas languida·Et si res tibi exigue sūt
nō tamē anguste·Nec tua defleas nec aliena mire
ris Si cōtinēciā diligis turpia fugito anteq̄ acce
dāt·Nequaq̄ aliū vereberis plus quā te·Omnia
p̄t turpitudinē crede tollerabilia·A verbis quoqꝫ
turpibꝰ abstineto quia licēcia eorū impudēciā nu
trit·Sermones vtiles magis quā facetos et affa
biles ama·Rectos potius quā obsecūdātes·Misce
bis int̄dū serijs iocos sed tēperatos ⁊ sine detrimen
to idignacionis ⁊ verecūdie·Nā rep̄hēsibil' risꝰ est
si immodicꝰ·si puerilit̄ effusꝰ·si muliebrit̄ fractus

Odibilem quoqꝫ facit hominē risus aut superbus et elatus aut malignus aut furtiuus aut alienis malis euocatus. Si ergo tēpus iocos exigit hos quoqꝫ cū dignitate sapiencie gere vt te nō grauet quitquā tanquā asperū nec contempnat tanq̄m vilem. Non erit tibi scurrilis sed grata vrbanitas Sales tui sine dente sint. Joca sine vilitate. Risus sine cachinno. Vox sine clamore. Incessus siue tu multu. Quies tibi non desidia sit. Et cū ab alijs ludit̄ tu sancti honestiqꝫ aliq̄t tractato Si continēs es es adulaciones euita. Sitqꝫ tibi tam triste lauda ri a turpib9 q̄m si lauderis ob turpia. Leta re esto quociens displices malis. Et malorum de te existi maciones prauas veram tibi laudacionem ascri be. Difficilimum continencie opus est assentacio nes adulatoꝝ repellere quorū sermones animū quadam voluptate resoluūt. Nullius per assenta cionē amiciciā merearis. Nec ad tuā ꝑmerēdā ꝑ hāc aditū alijs pandas. Nō eris arrogās. nō audax. Submittes te nō ꝓiciens grauitate seruata Admoneberis libēter. Repheńderis paciēter. Si merito te obiurgauit aliquis scito quia ꝓfuit si immerito scito quia ꝓdesse voluit. Nō acerba sed blāda timebis verba. Esto viciorꝝ fugax ipse. alioꝝū vero nec curiosus scrutator neqꝫ acerbus reprehensor sed sine exprobiacione correctoꝛ ita vt āmonicio nē hilaritate p̄ueniās ꝛ errori facile veniā dato

Nec extollas quem̄p̄ neq̄ deiciaſ. Dicenti esto tacitus auditor. Audienti promptus receptor. Req̄renti facile responde. Contendenti facile cede. Nec in iurgia execraciones q̄ descendas ¶ Si continens es et animi tui motus et corporis obserua ne indecori sint. nec ideo illos contempnas quia latent nam nichil differt si nemo videat cū ipse illos videas. Mobilis esto non leuis. constans nō pertinax. Alicuius rei scienciā te habere nec ignotum sit nec molestum. Omnes tibi pares facies si inferiores superbiendo non contempnas si superiores recte viuendo non timeas. In reddenda officiositate neq̄ negligens neq̄ exactor appareas Cunctis esto benignus. nemini blandus. paucis familiaris. omnibus equus. Seuerior esto iudicio quā sermone vita quā vultu. vltor clemens. seuicie detestator. fame bone neq̄ tue seminator neq̄ aliene inuidus. rumoribus criminibus suspicionibus minime credulus: sed pocius malignis q̄ per speciem simplicitatis ad nocendum aliquib9 subrepūt oppositissimus: Ad iram tardus. ad misericordiā pronus. in aduersis firmus. in ꝓsperis cautus et humilis. occultator virtutū sicut alij viciorū. vane glorie contemptor et bonorū quib9 predit9 es non elat9 ostēsor. Nullius imprudenciā despicias. Rari ꝓmonis ipse sed loquenciū paciēs Seuerus ac serius sed hilaris non aspernans.

Sapientie cupidus et docilis. Que nosti sine arro
gancia postulanti impertire. Que nescis sine ocul
tacione ignorancie tibi postula impartiri

De iusticia

Vsticie post hec opus est. Quid est autem
iusticia nisi nature tacita conuencio in ad
iutorium multorū inuenta. Et quid est iusticia nisi
non solum nostra constitucio sed diuina lex et vin
culū societatis humane. In hac non est q̄ estime
mus quid expediat. expedit enim quitquid illa dic
tauerit. Quisquis ergo hāc sectari desideras time
prius deū et ama vt ameris a deo. Amabis enim
deū si illū in hoc imitaueris vt velis omnib9 pro
desse nulli nocere. Et tunc te iustum virū appella
būt omnes sequentur venerabūtur et diligent.
Justus enim vt sis non solū non nocebis sed eciā
nocentes prohibebis. Nam nichil nocere non est
iusticia sed abstinencia alieni est. Ab hiis ergo
incipe vt non auferas et ablata aliis restitue vt
ad maiora proueharis. Raptoresq; ipsos ne aliis
timendi sint castiga et cohibe. Ex nulla vocis ambi
guitate controūersiam nectes sed qualitatē ani
mi speculare. Nichil tibi interfit an firmes an iu
res. De religione et fide scias agi vbicūq; de verita
te tractatur. Nam et si iureiurando deus non inuo
cetur et nō inuocātus testis est tamen nō transies
veritatem ne iusticie transies legem.

Quod si aliquando contigerit mēdacio vti vtere non ad falsa sed ad veri custodiā. Et si contigerit fidelitatem mendacio redimere non menciēris s; potius excusabis te quia vbi honesta causa ē iust9 secreta prodit tacenda enim tacet et loquenda loquitur atq3 illi ita apta pax est et secura tranquillitas dum alij a malis vincūtur ab illo mala

Hec ergo si studere curaueris letus et intrepidus cursus tui finem expectās prospicies tristia hui9 mūdi hilaris tumultuosa quietus extrema secur9

Quomodo harū v̄tutū sit moderāda mēsura

His ergo institucionib9 hec quatuor v̄tutum species perfectū te facient virū si mēsurā rectitudinis eaȝ equo viuendi fin ē seruaueris

De mēsura prudēcie

Nam prudēcia si terminos suos excedat callidus et pauend9 cūctis eris inuestigator latēciū et scrutator qualiūcūq3 noxaȝ ostēderis notaberis timid9 suspiciosi9 attēt9 semp aliq̄d q̄rēs semp aliq̄d cōuincēs. et qui subtilissimas suspiciones tuas ad deprehensionem alicuius impingas admissi mōctraberis digito. astu plen9. versipellis et simplicitatis inimicus. cōmendatorq3 culpaȝ. ac postremo vno noie a cūctis malus hō vocaberis In has ergo maculas prudēcia imēsurāta p duce

Quicunqz in illa mediocri lance persistit nec obtusum in se habet aliquid nec versutum

De moderanda fortitudine

Magnanimitas autem si se extra modum suū extollat facit virū minacem inflatum turbidū inquietū et in quascumqz excellencias dictorū atqz factorū neglecta honestate festinum. qui momentis omnib9 superalia subrigens vt bestiarius eciam quieta excitat aliū ferit aliū fugat. Sz quāuis audax sit inpugnator tamen multa extra se valencia ferre nō poterit. sed aut miserū appetit finē aut erūpnosā sui memoriā derelinqt. Mensura ergo magnanimitatis ē nec timidū esse hōiem nec audacē;

De modo temperancie

Continēcia deinde hijs terminis te astringat. Caue ne parcus sis ne suspiciose et timide manū cōtrahas. nec in minimis quoqz speculam ponas. Nam talis et tam circūcisa pudebit integritas. Hac ergo mediocritatis linea cōtinenciam obseruabis vt nec volnptati deditus prodigus et luxuriosus appareas nec auara tenacitate sordidus aut obscurus existas

Quibus terminis sit mutanda iusticia

Iusticia postremo eo mediocritatis tenore tenēda est ne ductū iugit leui imotā sēp aīmi racionē negligēcia sbseqt dū neqz de magis neqz de minimis erracū vicijs corrigēdi curā geris

sed licenciam peccandi aut alludentibus tibi blande aut illudentibus proterue permittis. Neq3 rursum nimia rigiditate et asperitate nichil venie aut benignitatis reseruans humane societati durus appareas. Ita ergo amabilis iusticie regula tenenda est vt reuerencia discipline eius neq3 nimia negligencie coitate despecta vilescat. neq3 seueriori atrocitate durata graciā humane amabilitatis amittat

Conclusio predictorum

Si quis ergo vitam suam ad vtilitatem nō tantū propriam sed et multorum inculpabiliter asciscí desiderat hanc predictarum virtutū formulam pro qualitatibus temporum locoꝝ personarum atq3 causarum recto tramite teneat vt velut in quodam meditullio sūmitatis insistens quasi per abrupta altrinsecus precipicia aut ruentem compos ipse deuitet insaniam aut deficientem contempnat ignauiam;

Explicit liber senece de quatuor virtutib9

Lucij annei Senece de moribus
Liber incipit

OMne peccatum actio est actio autem omnis voluntaria est tam honesta q̄ turpis ergo voluntarium est omne peccatum. Tolle excusacionem nemo peccat invitus. Educacio et disciplina mores facit. Et id sapit vnusquisq; quod didicit. Itaq; bona cōsuetudo excutere debet quod mala instruxit. Bene decet loqui bene decet facere. Nihil interest quo animo facias qđ viciosum est fecisse quia facta cernūtur animus vero non videtur. Nulla enim laus est nō facere quod facere nō possis. Quid est homini inimicissimū. alter homo. Libenter feras qđ necesse est dolor paciencia vincitur. Exspecta q̄ te nūquā peniteat. Non q̄ multis placeas sed qualibus stude. In hoc tātū incumbe vt libencius audias q̄ loquaris. Multos vitā differentes mors incerta preuenit. Itaq; omnis dies velut vltimus iudicādus est. Tristiciā si potes nō admiseris si minus omnibus non ostēderis. Amicos secreto admone palam autem lauda. Verba reb9 nō personis estimanda sunt. Oratorē te puta si tibi ante omnes quod oportet persuaseris. Quod tacitū velis nemini dixeris. Si tibi ipsi non imperasti quomodo ab alio silencium speras. Ridiculū est aliquē odio nocētis innocēciā suā perdere

Monstro similis est auaricia senilis. quid enim ē
stulcius ut dici solet q̄ꝫ via deficiēte augere viati
cum. Omnes infantes terra nudos excipit. Non
te pudet sordidius viuere q̄ꝫ nasci. Quid est dul
cius q̄ꝫ habere amicum cū quo omnia sicut tecum
audeas loqui. seruandus est ergo omni diligēcia
raro inuētus amicus. Est enim alter ego. Magna
rum virium est negligere ledētem. Quid sis interest
est non quid habearis. Non dum felix es si te nō
turba deriserit. Si beatꝰ vis esse cogita hoc primū
contempnere ab eisdem contempni. Prius q̄ꝫ pro
mittas deliberes et cū promiseris facies. Id agas
ut ne q̄s merito tuo te oderit. Et si nullos īimicos
t̄ faciet iniuria multos t̄ faciet inuidia. Solitudinē q̄
rit q̄ vult cū innocētibꝰ viuere. Optimꝰ animꝰ et
pulcherrimꝰ dei cultor ē. Abstinebis alieno matri
monio. Prestabis parētibꝰ pietatē. cognatis indul
genciam. amicis fidem. omnibus equitatē. Deui
tabis crudelitatē et ministrā crudelitatis irā. Non
viues aliter in solitudine aliter in foro. Nil petas
quod negaturus fuisti. Nil negas quod petiturus
fuisti. Pacē habebis cū hominibus bellū cū vicijs
hoc habet omnis affectus ut in quod ipse insanit
in idem putet ceteros furere. Maximū in eo viciū
est qui nō vult melioribus placere sed pluribus
Nis omnibus esse notus prius effice ut neminem
noueris Bonū ē laudari sed p̄stācius eē laudabilē

Morieris stultū est timere quod vitare nō possis
Male de te opinantur homines sed mali·malis
displicere est laudari·Male de te loquūtur hoies
bene autem loqui nesciūt faciūt non quod mereor
sed quod solent ipsi homines de malo loqui·Mo
lestum est si quid mēciuntur si immerito mee ino
cencie nunc maxime gaudeo apparet enim illos
obiecturos vera si possent·Non eris in patria pa
tria est vbicūq3 bene es·bonum erit illud per qd
bene ē·Omen nō ē in loco s3 i hoie·Nichil magnū
ē i reb9 humanis nisi magno aio despicies·Que
sunt magne diuicie·nō desiderare diuicias Quis
plurimū habet·qui minimum cupit·Quid est
dare beneficiū deo·deum imitari·Honestius est
cui iudicaueris amare q̄ cum amaueris iudicare·
Dissencio ab alio incipiat a te autem recōsiliacio
Succurre paupertati amicoꝝ p̄mo pocı9 occurre
Amicos secūde res optime parant aduerse certis
sime probant·Peiora sunt tecta odia q̄ aperta
Itaq3 te minus loquax inimicus offendit q̄ taci
tus huius enim ira se denudat illi9 querit ad no
cēdum occasionem·Mira racio est que nō vult
p̄dicari qd gaudet itelligi·Agnosca amat qd odit
ostēdit·Elemosina nō tā accipiētib9 pdest q̄ dāti
b9·Spes p̄mij solaciū fit laboris·Que ē maxima
egestas·auaricia·Pecūie vsū habē oportz nō ei
fruire·Nullū osciū magis peccatoꝝ tuoꝝ timueris
q̄ temet ipsū

alium enim poteris effugere te autem nūquam. Quis est pauper? qui sibi videtur pauper. Qui a multis timetur multos timet. Infelicitatē erige submitte felicitatē. Vera felicitas innocencia est Nequicia ipsa sui pena est. Mala consciēcia sepe tuta est secura vero nūquā. Libidinis inicia continebis si exitū cogitaueris. Beneficij accepti nūquā oportet obliuisci dati protinus Satis penarū est potuisse puniri. Inimicicias tarde suscipe amicicias moderate exerce. Leuitates similiter depone. ymago animi scena est. Qualis vir talis oracio. Magna res est vocis et silēcij temperamētū. Qui equo animo malis miscetur malus est. Neminē cito laudaueris. Neminē cito accusaueris. Semper puta hoc tecum testimoniū dicē. Viciū est oīa credere vicium est nichil credere. Vtendum est diuicijs non abutendū. Sic viue ne a superioribꝰ cōtempnaris nec ab inferioribꝰ timearis. Nullū putaueris locū sine teste. Excusatorem querere viciū est Forcior est qui cupiditatē vincit ꝙ qui hostē subiciat. est enī difficilimū seipsū vincere. Pene iniqꝫ irascitᷓ qui suis irascitᷓ absqꝫ dolore. Amare sic incipe tāquā nō liceat desinere. Magnarū rerū eciā si successus nō affuerit honestꝰ est ipse conatꝰ. Nobilitas animi est generositas sēsus. Nobilitas hōis ē generosus animꝰ. Honestior ē qui senectutem ad ociū retulit ꝙ q̄ in ocio inuenit ⁊ tūc laborare īcipiat

Turpe prebet spectaculū eger animus. Nūquam tristis sis si tibi ipsi incōmodo vixeris. Homo sū quomodo deuitabo secūdarū rerū inuidiam. Obti nere potenciā tuā labora impotencia. Si felicitatē iactaueris cū multis diues eris. Locū tenet inno cēcie proximū cōfessio. Vbi cōfessio ibi remissio Jre seueritas est criminis abrupcio. Boni iudicis est dispensare nō tātum quis dampnandus sit ꝟ quatenus. Quis est proxim9 modus iusticie seue ritas. Quietissimā vitam agerent homines inter ris si duo hec verba a natura rerū omniū tollerē tur meū et tuū. Qui paupertatem timet timendus est. Vires tuas amici magis senciant beneficijs ꝙ inimici iniurijs. Pecunia nō saciat auariciam ꝟ irritat. Michi crede non potes esse diues et felix. Auribꝰ frequēcius ꝙ lingua vtere Quicquid dic turus es anteꝙ alijs tibi dixeris. Nichil inter in sanū et iratum est nisi vnus dies alter semper in sanit alter semper irascitur. Facilime bono frueris si euitaueris que vituperabis. Si bene instruxeris pudeat te deteriora facere. Quod persuaseris erit diuturnū. Quod coegeris erit in occasione. Alte ri semper ignoscito tibi ipsi nūquā. Tantū ad vir tutem adicies quātū ex voluntate abstraxeris. Stultū est sompno delectari mortem horrere. Cum sompnus sit assiduꝰ ē mortis imitacio. Bonis no cet qui malis parcit. Si factū ē q̄d timest qd certū est

Nichil turpius ē ꝙ q̄ obiatur i obiacēte cognosca
passionem Multa cū alijs maledicūt sibi ipsis con
uiciū faciūt Vt licenciosa mancipia animi imperio
redige linguam cupiditatemqʒ opprime· si non po
tes paululū remitte· Sepe ea que sanari racione
non poterant sanata sūt tempore· Qui propter pe
cunie amorem et libidinū moritur ostendit se nū
quā causa vixisse sui· Dign9 tibi sit corā quo pecca
re te pudeat· Adolescens si feminineis te adornaue
ris iniuriā facere cogitas· Turpia ne dixeris paulati
eni pudor rerū p v̄ba dediscat· Sic habita vt poci9
laudetur domin9 ꝙ domus Consuetudinaria res
est dampnacio si causa hominem turpē facit· Meri
to dampnari pena est· Dampnati imerita damp
nati est calamitas· Si aliquid cogitaueris cito ap
parebit conuersantibus· Vis videri ab hominib9
vel non· Nūquā bone honestatis est longa simu
lacio· Quid de alienis mētib9 et tuis indices· Mul
ti sunt obligandi pauci sunt offendendi Nam me
moria beneficiorū fragilis est iniuriarū tenax· Ob
iurgacioni semper aliquid blande cōmisce· facili9
enim penetrāt verba que mollia vadunt ꝙ que
aspera · Nemo se mutat qui se mutari desperat
Quociēs scribēs aliquid es dicturus scito te morū
tuorum hominibus cyrographum esse daturum·
Qui in seruos suos irascitur et crudelis ē satis ostē
dit potestatem aduersus alienos sibi defuisse·

Qui nescit tacere nescit et loqui. Non quicquid i p
bi mentiuntur idem probi debent dicere. Longa vi
ta bonis optabilis est. Optabilibus bonis fruit
bona cōsciencia. Malis hominibus vtilissimū est ci
to fugere. Nulla pusilla dom9 que amicos multos
capit. Facilius est pauperi cōtemptum effugere q̄
diuiti invidiam. Scire vti paupertate maxima fe
licitas est. Acuit animum intēcio frangit remissio
Nunquā scelus scelere vincendum est. Bon9 vir
est qui eo vsqȝ perduxit affectu animū vt non tā
tum peccare nō velit sed nō etiā possit. Sacius ē li
beris subesse q̄ libertatis indigentibus. Regnan
tibus peius multo periculum est q̄ hijs qui iudicā
tur. hij enim singulos timent illi vniuersos. Nun
fortis fortem se gloriabitur quē corpous egritudo
efficiat infirmū. Nūquid diues in opibus suis se
gloriatur cuius spem fur vel tirānus arripit. Nūc
quid nobilitas gloriabitur effecta nō nūq̄ idigis
et miserabilioribus seruiēs. Monstrem9 dicas pri
mū taceas. Plerīqȝ famā cōsciēciā pauci verētur
Rei nulli prodest mora nisi iracundie. Perdidisse
mallem quā turpiter accepisse. Animo imperabit
sapiens stultus seruiet. Cuiuis dolori remedium
est paciencia. Dulce eciam fugias quod amarum
fieri potest. In opie desunt parua auaricie omnia
Nulla pestis capitalior ē quā voluptas. Speculum
mētis plerūqȝ i vbis ēfulgēt. Vs9 cito iflectit naturā

Secūdis nemo confidat aduersis nemo deficiat:
in melius aduersa in deterius optata flectuntur
Pestifera vis est valere ad nocendū. Vicijs itrā
tib9 resistam9 quia facili9 nō recipiūtur ꝙ exeūt
Multo ad rem magis pertinet qualis tibi ꝙ quā
lis alijs videaris. Tu omnia cū amico delibera sed
de ipso prius. Omni arte requiem furori dabis.
Nullū tam arctū est iugū quod nō min9 ledat du
cētem ꝙ repugnātem. Aliena vicia in oculis ha
bem9 a tergo nostra sūt. Habet iracūdia hoc mali
nō vult regi. Facili9 est excludere perniciosa ꝙ re
gere et nō admittere ꝙ admissa moderari nam cū
se in possessione posuerūt potenciora rectore sūt O
magnos viros qui fortune succūbere nesciunt et
aduersas res sue virtutis experimēta faciūt. Fera
mus equo animo et vtamur foro quod sors cōces
sit donec inuicta filicitas finē malis imponat

Epithaphium senece

Cura labor meritū sumpti pro munere honoēs:
Ite alias posthac sollicitate animas
Me procul a vobis deus euocat ilicet actis
Rebus terrenis hospita terra vale
Corpus auara tamen solēnibus accipe saxis
Namqꝫ animam celo reddimus ossa tibi

Tres oraciones habite in senatu athemensi De recipiendo alexandro magno vel armis repellendo

Oracio heschinis

Eminiscor athemenses alexandrū hac nr̄a in vrbe liberalibus artibus eruditū et ari stotilis discipulis institutū. mores nostros et in genia apud nos didicisse. ars regnādi ei tradita est: nos quoqꝫ nouimus animi ipsi⁹ magnitudi nem et constanciam. nouimus liberalitatem et de menciā: proinde mitigandus est ut michi videt̄ obsequijs non exasperādus rebellionibus aut cō tumelijs: illam indignacionē animi quā in nos armauit in beniuolenciā facile versurus est si nos obsequentes sibi supplicesqꝫ inuenerit

Oracio demadis

Admirans vehementer admiror viri athe nienses quo nam modo timiditatis nobis inuiciēs heschines in dedicionē et potestatē pue ri monet nos deuenire. quid a bellorū studijs qui bus semper inditi fuimus suadet nos abstinere cū olim aduersus persas arma nec immerito suaserit assumere. An vos athemienses viri fortes et in victi bellū alexandri horrebitis q̄ megaras fudistis vicistis corinthos lacedemonios superastis q̄ tot milia persis ȓgis a finib⁹ vestris v̄tute vr̄a vicēdo ꝓpulistis. qb⁹ mare n̄ sufficiebat adnauigādū

portus ad applicandū terra ad gressum flumina ad potandū· qui montes in planiciem ducebant· valles equabāt·maria pontibus sternebāt quos tota grecia vix capiebat·quoꝝ tela et iacula vix aer recipiebat rem ridiculam si huic puero inconsulto obuiare nō audetis qui tot prelijs tot victorijs polletis· Profecto subtili quodam cōsilijo duces ꝛ oratores nostros sibi dari postulat vt spoliatam vrbem suis custodibus consilijs et viribus vacuam facilius diripiat

Oracio demostenis

Apud vos in questione verti videor videre vtrum sumenda sint arma nobis aduersus alexandrū an eius cōdicionibus et mandatis sit obsequendū· Super quo heschinis sentencia satis sit laudanda sed ne demadis si res exigeret improbanda· Nam nobis vires nō desunt si necesse esset ad bellandum sed nec presentis pacis commodum quod est finis belli videtur negligendum Monet nos demades exemplo victoriarum āntiquarū arma sumere sed exhibeat queso nobis tales duces quales priscis temporibus constat nos habuisse· Non adest conon qui spolijs persarum insignis vrbem nostram ditauit·non adest multiades qui darium cum sexcentis milibus equitutum in campis marathonijs victum turpitir fugauit

non adest themistocles qui xersen decies centenis milibus militū elatū quatuor miliū et ducentarū nauiū numero terribilem exigua latentem naui cula fugere coegit. Nunc aliud tempus est aliud pro tempore ineūdum est consiliū. Videte ne dum libertatem querimus seruitutē admittam9. vide te ne si quosdam dare noluerimus vniuersos tradam9. videte ne si partem seruauerim9 totum perdam9. Ceterū qui vult in bello filicem cōsequi victoriam necesse est bellū preparet militē instru at. hostis tumid9 et insolens in portis est cū exer citu non timido nec imbealli sed robusto et auda ci nos imparatos nec satis peritos inuēniet. Pro inde nō prouocem9 eū nec reuocem9 a persis sina mus eū abire forte impetū et iram quā iam dudū cōcepit in parsās cogatur in nos parturire. nec dicamus nolle parere alexandro qui seruiuimus philippo ne forte similes existamus thebanis

Oracio demosthenis ad alexandrum

Nichil habet rex alexander vel fortuna tua maius q̄ vt possis vel natura tua melius q̄ vt velis seruare quāplurimos. Nulla est enim de virtutibus tuis quāuis multe sint et magne vel generosior misericordia vel admirabilior cle mencia. Nec enim accedere ad deos propius potes q̄ vt salutem conferas hominibus vel dando si eguerint vel parcendo si deliquerint

vel indulgendo si supplicauerint· Cum enim vinca
mur a dijs in omni munere sola clemencia ē que
nos reddit dijs equales· Proinde gaude rex et tā
excellenti bono tibi ingenito et fruere cū fortuna
tue gracia clemencie ad eos maxime apud quos
et educatus fuisti et eruditus sciencie lumen acce
pisti et hui9 celsitudinis tue principiū et formam
sumpsisti· Nemo siquidē tam iniustus rerū erit exti
mator qui dubitet que nam fuerit atheniensiū in
recipiēdis thebanis aduersus te delinquēdi volū
tas cū statim cognito serenitatis tue nubilo suppli
ces ad te venim9· Is enim quē delicti penitet pro
fecto declarat se maluisse non peccare ꝙ penitere·
Verum si aliqua teneamur culpa expertes tamē
facinoris sumus thebanos tam miseros quā mise
rabiles vrbe nostra recepimus nō vt hostes tuos
sed vt tue tante victorie reliquias ⁊ quasi de naue
confracta dilapsos seruauimus· victis a te por
tas aperuimus aduersus te tamen arma non sup
simus humanitate potius iudicabis deliq̄sse ꝙ
scelere· non odio tui sed errore non prauitate ali
qua sed fatua forsan pietate· Adde ꝙ animus tu
us hijs angustijs quas natura dedit mortalibus
ad viuēdū nūquā potuit eē cōtēt9 sēp enim imor
talitatis amore flagrauit nec vita tua dicēda est
velud ea que solū corpe ɔtinet̄ ⁊ spū ꝫ vt diuina

domuisti greciam fregisti lacedemoniam thebas diruisti·persas postmodum debellaturus et indos Sed hec omnia sūt hois quoniā et naturā et cōdia onem vt fieri possint habēt· Verū animū vincere sibi iperare·iracūdiā cohibere·temperare victis·in dulgere supplicātib9·quisquis hec facit nō est hic sūmis viris comparādus sed deo similimus iudi candus·Ne credas igitur iracūdie que est inimica consilio·ne credas victorie que de natura sui inso lens est et superba sed vince teipsum qui ceteros et gloria vincis et virtute· Quis est enim vel nobi tate vel probitate vel optimarū arciū studio·vel clemencia seu aliquo alio laudis titulo te prestan cior·quis clarissimorū regū magnitudine bellorū· preliorū numero·varietate·victoriarū celeritate cōficiēdi mentis amplitudine·pertinacia in rebel les· demēcia i subditos·liberalitate in omnes tibi potest cōferri.· Gloria quidem tua iam tāta est licet maior sit futura qꝫ tropheis et monimentis tuis al latura finē nō sit etas·nec vllus lumē est ingenij qd non dicā ornare sed enarrare res tuas gestas possit ad vnguem·omnia tamen cōficiet et obfusca bit vetustas nisi litteris cōmendentur et memorie Verū inter tot milia hominū qui vel fidelius lau des tuas narabunt vel melius describent athenien sibus apud quos sunt domestica philosophie fon tes totū orbem omnimodis sacre domis irrigantes

Celebrabuntur igitur rex tue laudes tam re q̄ vo
ce mirabiles et iocunde non solum nostris sed per
nos omniū pene gentiū litteris et linguis. nec vl
la vnquā etas de tua gloria cōticescet nec obliuio
nis caliginem vita tua formidabit sed eam omni
um seculorum alet memoria eam ipsa semper tue
bitur eternitas et obstupescent posteri innumera
biles victorias tuas et triūphos audientes et in
telligentes. Que vt ita sint ignosce rogamus vr
bi nostre ymo tue ne totius orbis lumē extinguas
que sicut sol fulgore luminis inter cetera preradi
at sidera sic inter reliquas orbis vrbes a eloquen
cia preeminet et sapiencia ymo omni genere phi
losophie precellens tamquā fons ex se riuulos
ad omnes mūdi partes omnigenā scienciā emit
tit. Cuius igitur impunitas clemēcie tue laus erit
et gloria Pace tua loquar rex alexander nullam
de laudibus tuis ampliorem fore q̄ eam quam ho
dierno die cū hec feceris consecuturus es

Explicit

Epistola bernardi silvestris super gubernacione rei familiaris

Graciosó ac felici militi raymūdo domino castri ambrosij bernardus in senium deductus salutem. Doceri petisti a nobis de modo et cura rei familiaris utilius gubernande et qualiter patresfamilias debeant se habere. Ad quod tibi breviter respondemus: quod licet omnium rerum mūdanarum status et exitus negociorum sub fortuna laboret non tamen propter hoc est vivendi regula obmittēda. Audi ergo et attende quod si in domo tua sumptus et redditus sint equales casus inopinatus de facili poterit destruere statum tuū. Signū hominis neglientis domus est ruinosa. Quid est negliencia gubernantis domū. ignis in domo validus et accensus. Discute diligenter eorū diligenciam et propositum qui tua ministrant. Labenti et nondū lapso facilius succurritur. Minus verecūdum est abstinere quam cadere. Sepius revidere que sua sunt et quomodo ordinantur magna prudēcia est. Cogita itaque de cibo et potu animalium tuorum nam esuriunt et non petunt. Nupcie sumptuose maximū dampnum cum modico honore conferunt. Sumptus pro milicia honorabilis est. Sumptus pro iuvando amicos racionabilis est. Sumptus pro iuvando prodigos perditus est

Familiam tuã grosso et nõ delicato cibo nutri
as. Qui gulosus effectus est vir aliter quã morte
mores mutabit. Gulositas vilis hominis et negli
gentis putredo est Gulositas sollicti et diligẽtis
hominis solaciũ est. Diebus paschalibus et alijs
festiuis temporibus habũdãter nõ tamen delica
te familiã pasce ¶ Fac gulã litigare cũ bursa ꝛ ca
ueas cuius aduocatus existas aut inter gulam et
bursam qualme sentencias feras. Nam gula pro
bat affectuosis testibus non iuratis. bursa euiden
ter probat archa et cellario ꝛ granario vacuatis
vel breui tempore vacuandis Tunc male iudicas
cõtra gulam quãdo auaricia bursam ligat. Nunꝙ
recte inter gulam et bursam auariciam iudicabit
Quid est auaricia.? sui homicida. Quid est auari
cia.? paupertatem timere et semp in pauprtate
viuere. Recte viuit auarus in se nõ perdens diui
cias sed alijs reseruãdo.? melius est enim alijs re
seruare ꝙ in se perdere ¶ Si habũdas blado non
dilige caristiam quia diligens caristiam cupit esse
pauperum homicida. Vende bladũ dum satis va
let nõ quando per pauperem emi non potest. Vici
nis tuis minori precio vẽde eciã inimicis.? quia nõ
semper gladio sed sepe seruicio vincitur inimicus
Superbia contra vicinũ venenũ est expectãs toni
truũ cũ sagitta ¶ Habes inimicũ cõuersacionẽ nõ
habeas cũ ignotis sed sep cogita inimici tui vias.

Debilitas inimici non est locus pacis sed treuga ad tempus. Si te securas inimicum tuū non cogitare ea que tu cogitas periculo te exponis. Si habes inimicū quere vnū oculū pro custode ¶ De feminis tuis suspectis quid agāt ignorāciam nō sciennciam queras. Postq̄m scieueris crimen male vxoris a nullo medico curaberis. Dolorem de male vxore tūc mitigabis quādo idē audias de vxorib9 aliorū. Cor nobile et altū non inquirit de factis mulierū. Malam vxorem pocius risu q̄ꝫ baculo castigabis. Femina senex et meretrix si lex permitteret sepelienda viua esset ¶ De vestib9 teneas qꝫ vestis sumptuosa ꝓbacio ē pauca sensus. Vestis nimis apparēs viciū atq tediū parit. Stude bonitate placere non veste. Mulieris peticio habētis vestes et vestes querētis nō indicat firmitatē. De amicis teneas qꝫ magis ē amic9 et pocī9 qui sua tribuit q̄ꝫ qui seipsum offert. Nam de verbis magna est copia amicorū. Amicū nō reputes qui te presentem laudauerit ¶ Si cōsulis amico tuo nō queras cō placere ei sed racioni. Dicas amico in cōsulendo sic michi videtur nō precise sic agendum est: quoniā de malo exitu consilij redarguicio facilius sequitur q̄ꝫ de bono laus ¶ Audiui qꝫ visitant te ioculatores et ideo attende que inde sequūtur. Homo ioculatorib9 intentus atq habebit vxorē cui nomē erit pauptas ex q̄ generabit fili9 cui nomē erit derisio

Placet tibi audire verba ioculatoris finge te non audire et aliud cogitare Ridens et gaudēs de verbis ioculatoris iam sibi pignus dedit vt cicius recidat. Ioculatores improperātes mala digni sunt suspendio. Quis est ioculator.⸗ malū improperās animū hominis secū portans. Ioculatoris instrumenta deo non placuerūt ¶ Audi de famulis ffamulum alti cordis repelle vt futurum inimicū ffamulū tuis moribus blandiētem repelle ffamulo te vicino laudāti resistas aliter te decepisse cogitat ffamulū de facili verecūdātem dilige vt filiū

Si vis edificare domū inducat te necessitas nō voluptas. Cupiditas edificandi edificando nō tollitur sed augetur Nimia et inordinata edificandi cupiditas parat et expectat edificiorū vēdicionē Turris completa et archa euacuata faciunt sed valde tarde hominē sapientem ¶ Vis aliquid vendere.⸗ caue ne partem hereditatis vendas te potenciori sed pocius minori precio te minori aut tuo pari. Totum autē vende plus offerenti. Melius ē grauem pati famem ꝙ patrimonij vendicionem sed melius est vendere ꝙ vsuris subicere. Quid ē vsura.⸗ venenū patrimonij. Quid est vsurarius.⸗ legalis latro predicans qđ intēdit. Nichil emas in consorte potenciori Paruū consortem pacienter sustineas ne tibi societ forciorem Quesiuisti de vsu vini. Qui in diuersitate et habūdancia

vin xū sobrius ē ille ē terren9 de9. Ebrietas michil recte facit nisi cū cadit in luto. Sentis vinū. Fuge cōsorcium quere sompnū pocius quā colloquium Qui se ebrium verbis excusat ebrietatem suā aperte accusat. Male sedȝ i iuuene vina cognoscere Fuge medicum ebriū. Caue tibi a medico volente in te experiri qualiter alios de simili morbo curabit Canes valde paruos dimitte clericis et regimis Canes custodes vtiles sūt. Canes ad venandum plus constant q̄ conferunt Habes filiū dispēsatorem bonorū tuorū illum non constituas Sed tu dices si aduersetur fortuna quid prodest viuendi doctrina. Audi quid de hoc vidi stultos obmittentes diligenciam et tādem se excusātes sub fortuna. sed seruans doctrinā raro accusabit fortunā: raro enim diligenciā cū infortunio sociabis sed tarius infortuniū a pigricia separabis. Exspectat piger sibi a deo subueniri qui in isto mūdo vigilare p̄cepit. Tu ergo vigila et leuitatem expēdendi cū grauitate lucrādi compēsa Appropinq̄t senect9 cōsulo q̄ deo poci9 q̄ tuo filio te cōmittas. Dispo nis legata cōsulo q̄ primo seruitorib9 et creditori b9 tuis q̄ sacerdotib9 solui mādes. Diligētib9 psōnā tuā nō cōmittas animā tuā ʒ cōmitte aiam tuā diligētib9 aiam suā. Debes disponeē de reb9 tuis añ morbū q̄ sepe q̄s efficit ifirmitatis fu9 et fu9 testari nō potest liper ꝫ esteris añq̄ fu9 efficiaris

¶ Sufficiat tibi quod de te dictũ est de filijs audi
Mortuo patre querũt diuisionem filij. Si nobiles
ac potentũ filij sunt melior est eorũ sepe per mũdũ
dispersio q̃ hereditatis diuisio Nam sepe est eorũ
generis dissolucio huiusmodi hereditatis diuisio
Si laboratores sunt faciant quod velint. Si merca
tores sunt tucior est eis diuisio q̃ cõmunione vni
us infortuniũ alijs imputetur ¶ Mater vidua for
sitan remaritari q̃rit stulte ait sed vt peccata sua
deploret vtinam ipsa senex accipiat iuuenem qui
nedum ipsam sed que sua sunt abiciat et cõsumat
quibus abiectis bibat cũ eo doloris calicem quem
optauit ad quem eam perducat sua dampnabi
lis senectus ;

¶ Expliat

Quatuor sunt que per rectorem familie ob
seruari conueniunt
Sub timore congruo familiam tenere
Alimenta iuxta redditus exhibere
Mores quosq; iustos docere
In domo hilarem temperate se exhibere

Optimus est in omnibus modus laudabilis
qз mēsura ¶ Consilio melius vinces q̄ iracundia
¶ Quicquid sine detrimento conmodari potest
id tribuatur eciam ignoto
Omnes artes omniaqз opera cotidiano vsu et
iugi exercitacione proficiunt
¶ Dicit natura/ sine cupiditatibus vos genui sine
timoribus sine superstitione sine perfidia ceterisqз
pestibus/ quales intrastis exite
Nemo quā bene viuat sed q̄mdiu curat cū omni
bus possit cōtingere vt bene viuat vt diu nulli
¶ Lingua garrula cōsiliū prodit. lites suscitat et dis
cordias seminat. inimicos parturit. aīcos offēdit
Jn regno voluptatis virtuti nō est locus impe
dit cōsiliū voluptas. racionū inimica ē mētis pres
tringit oculos nec cū virtute habet cōmercium
¶ Virtute excepta nichil amicicia p̄stabilius est
Raro contingit eū a pluribus diligi qui nō me
rito sed arrogancia plurib9 nititur anteferri
¶ Veteres amicicias pro consequēciū nouitate
nō fastidias ne sic amicicijs vti videaris vt flori
bus tam diu gratis quā diu recentibus
Egens eque est is qui nō satis habet et is cui
quod habet non sufficit
¶ Liber is est existimandus qui nulli turpitudi
ni seruit
Hec est hominis cōdicio vt quācito i lucē exeat

in oxitutus existat/ nichil enim tam proprium est hominis q̄ꝑ interitus profuturus;
Ad saturitatē nō opus est fortuna quod enim necessitati sat est debet irata
Exercicium est humane vite conseruacio calo ris naturalis lima et excitacio nature dormientis stimulacio superfluorum consumpcio menbrorū consolidacio・mors morborū・fuga viciorum・medi cina languorum・temporis lucrum sanitatis adiu torium・iuuentutis debitū・senectutis gaudiū・ocij inimicū・vltrix omniū malorum・ille autem sese solus ab exercicio subtrahat et labore qui felicita tis gaudio vult carere; Hec fulgencius libro mitologiarum
Dampnū adpellandū est cū mala fama lucꝝ
Egregium instrumentum esset oculus si seipsū sicut cetera videret;
Si cessando si faciendo scandala ferre esse necesse vides elige nil facere
Fatuum autem est studere dimensionibus ter rarum et seipsum nescire metiri Seneca
Sicut non inuenitur fructus in arbore in qua prius flos nō apparuit sic in senio honorem nō cō seq̄t̄ q̄ i adolescencia discipline exercicio non la borauit
Pudor et verecundia in iuuene ele gantis nature est indicium
Quitquid honori detraitur turpitudini p̄seruat

¶ Tucius est gradatim ascendere quã cito scandẽtem ad precipicium festinare

Non est turpe cũ re mutare consilium

¶ Natura facit abilem. ars facilem. vsus potentẽ

Qui aliũ agitat seipsum inquietat

¶ Ambigua sunt sẽper ad melius interpretanda

Vere sapiens es sensendus si a temetipso abieceris quod in alijs detestaris ¶ Plato i thimeo

¶ Quãtũcũqȝ potens ac magnus sis i cõtemptum venies si mendax fueris ¶ Dã poeta

Dij nobis omnia bona laborib9 vẽdũt ¶ Qui

¶ De inimico nõ dixeris male sed cogites Seneca

Trãsire permitte qđ nec licet scire nec pdest

¶ Qui se habet nichil perdidit

Spes inopem. res auarũ. mors miserũ leuat

¶ Quã bene viuas refert non q̃ diu

Jd age vt talis sis q̃lis ẽputari cupis Socrates

¶ Dixisse me quãdoqȝ penituit tacuisse nũquam

Bene viuere omni loco potes nisi teipsum destituas ¶ Quidã philosophus

¶ Vinũ superflue sumptũ racionem perturbat intellectũ ebetat. memoriam eneruat. obliuionem inmittit. errorem insinuat. ignoranciam pducit

Subtilitas animi copia ciborũ impeditur

¶ Jn irrecuperabilib9 optimũ ẽmedũ ẽ obliuio.

Qualis quisqȝ est taliũ cõsorcio delectatur

¶ Adulator blãdus inimicus est

Tres infelices in lege sunt: qui nescit et non discit. qui scit et non docet. qui docet et non facit

¶ Tucius est discere q̄ docere. tacere q̄ loqui

Si pulcher es lauda naturā. si diues es lauda fortunam. nobilis es lauda parentes. si bonus es lauda teipsum / Seneca

¶ Facile agitur quod libenter auditur

Assuetum iuuenem nescit abesse seni

¶ Fortuna opes nō animum auferre potest

Homo discretus malo alterius castigatur

¶ Nil amico carius nil rarius

Nichil difficilius amore custoditur q̄ homo

¶ Nullū animal nulla merx difficilior congnitu

Qui proficit in sciencijs et deficit in moribus plus deficit q̄ proficit

¶ Omnia sūt experienda prius cōsilio q̄

Loqui ignorabit qui tacere nescit / armatura / 15

¶ Quanto plus liceat tanto libeat minus

Ignoscas alijs multa michil tibi

¶ Quod facturus eris dicere distuleris

Tristia cūcta exsuperas aut animo aut amico

¶ Nolo minor me timeat despiciatq3 maior

Turpis sepe datur fama minoribus

¶ Qui nil potest sperare desperet michil

Formula viuendi presto est tibi pauca loquaris

Plurima fac. sit vtrisq3 comes modus vtile rectū

Sobrius a mensis a lecto surge pudicus

Obsequiis instes ea pro te premia poscant
Vt decet et prodest et amabis et oderis idem
Stans casum timeas. speres prostratus. et illum
Quem colis insignem miserū abiectūq3 tuere

¶ Tocius hominis libertas est oculos perdidisse oculi sūt per quos paupertates ferre nō possum9. oculi tota nostra luxuria. hij nos cotidie in omīa vicia p̄papitant. mirātur adamant cōcupiscunt

Quintiliquus in libro causarum

Humane infirmitatis ista natura est vt ex omnib9 accidentib9 grauissimū putet quisq3 qd patit̄

¶ Age sic alienū vt tuū nō obliuiscaris negociū

Socrates

Consilio maxime cōtraria sūt festinacio et ira

¶ Malum alienū tuū ne facias gaudium

Amicus raro acquiritur cito amittitur

¶ Sepultus sit apud te sermo quem sol9 audieris

Non pigeat longū iter p̄ficisci ad audiendos eos qui doctiores habeātur cū turpe nō sit mercatores tot et tanta maria pertransire gracia augēde rei ac substancie nō vt doctrinā cōsequātur

¶ Interrogatus aristippus q̄d differret sapiēs ab insipiente mitte inquit ambos ad incognitos et disces

Omnia sunt discucienda cum amico sed primo discuciendus est amicus

Difficile est seipsum agnoscere ¶ celandi

¶ Non cōmittas secretū tuū illi qui idiget p̄cepto

Si scirem deos ignoscituros et homines ignora
turos tamen peccare dedignarer propter eius vi
litatem Seneca non persone

¶ Amici diuitum et potentum sunt amici fortune

Lento gradu ad vindictā sui diuina procedit
ira tarditatemq; supplicij grauitate compensat
Valerius

¶ In matutinis quisquis vult peruigil esse
Hunc cū gallinis est ire cubare necesse

¶ Lumen adequatur nullum cū lumine solis
Nullum romano par fuit imperium
¶ Nec studium tale quā q̄ laudantur athene
Est visum in terris quale cequana tuum

Noli { facere / credere / dicere / cōcupiscere } omnia que { potes / audis / scis / vides }

Solon cū alijs loquentibus taceret interroga
tus a periandro vtrum propter inopiam verbo
rum an q̄ stultus esset taceret : respondit nemo
stultus tacere potest ;

¶ Theocritus in conuiuio rustico tacenti : ex doc
tis inquit hoc solum habes ;

Aristippus discedēs a maledicēte se dixit vt tu lingue tue sic ego mearū aurū dñs sum

Antistenes cuidam dicēti maledixit vbi ille nō michi inquit sed illi qui i se qd hic dicat agnoscat

Meginas cuidam petenti mutuā pecuniam si dedero inquit et te et pecuniam perdo

Epammūdas: querere an deus sit pena dignū est quē colere magis quā discutere cōueit sapiēti

Argisilaus interrogatus quomodo quis hominibus placere posset si gesseris inquit optima et locutus fueris pauca

Socrtes inqrēti cuidā quomodo posset optima dicere respōdit si nichil dixeris nisi qd bñ saceris

Diogenes cū illi accapite nocte fur sacculū cum nūmis subtrahere conaretur et ille sentiret tolle inquit infelix vt facias vtrosqz dormire

Crimen sagitte est simile facile infigitur difficile expellitur

Clemencia perpetuo viuat qui vtitur

Si pecuniam habueris necesse est vt teipsum aut pecuniam vilem habeas

Is est philosophus qui disciplinā suam nō ostentacionem sciencie sed legem vite putat

Vt ager quāuis fertilis sine cultura fructuosus esse nō potest sic sine doctrina animus

Sūt igenijs nr̄is seia inata v̄tutū que si adolescere liceret ipa nos ad beatā vitā natura pducēt

Proprium est stultitie aliorum vicia cernere suorum obliuisci

¶ Sapiens nullū tp̄e9 dat ocio sēp agit qđ alijs proficiat alijs eni nō sibi nat9 ē et si qn̄qȝ respirat et quiescat agere tamen tūc iudicat̄ quia ad hoc id facit vt diuci9 et meli9 laborare possit

Da operā ne quid vnquā inuit9 facias nō qui iussus facit aliquid miser est ʒ q̄ inuit9 facit / Itaqȝ sic animū cōponam9 vt q̄tquid res exigit id velim9 et in primis finē nostri sine tristicia cogitem9 Ante ad mortē q̄p ad vitā p̄paradi sum9 Seneca

¶ Superuacuū ē dolere si michil dolēdo proficias

Tormēta abesse a me velim sed si sustinēda fuerint vt me i illis fortiter hone ste animose gerā optabo nō sū tam demēs vt egrotare cupiam sed si egrotandū fuerit vt michil intemperāter michil effeminate faciā optabo ita nō incōmoda optabilia sūt sed virt9 qua pferūtur icōmoda Nō eni pati tormēta virt9 est sed pati fortit̄ Si v̄tus optabilis est nullū autē sine virtute bonū et omne bonū optabile est Nichil ē v̄tute p̄stācī9 michil pulchrius et bonum est et optabile quitquid ex hui9 gerit̄ imperio ¶ Seneca

Hec sit propositi nr̄i sūma quod sentim9 loquamur quod loquimur senciam9 cōcordet sermo cū vita non delectent verba nostra sed prosint

¶ Cū q̄dā stult9 diceret audēte pictacoa mi ale

se cū mulierib9 esse q̄p cū philosophis cōuersari
Et sues inq̄t liberaus in ceno q̄p in aqua pura v̄sāt
¶ Que facere turpe est hec ne dicere honestum
puta Socrates
¶ Conpēdiosa eos via ad gloriā puenire facit qui
dāt operā vt q̄les volūt videri tales sint demāder
Negat sibi ipse qui qd̄ difficile est petit Socrates
¶ Malū alienū tuū ne feceris gaudium
Hoc est melius quod ho iestius
¶ Nulli imponas qd̄ ipse pati nō potes heraclit9
Presētibus pro solacio esto
¶ Loquere qd̄ gratū sit facto quod expedit
Nullus dolor est quem non longinquitas tem
poris minuat aut molliat
¶ Simonides interrogatus a quodā quomodo
inuidos non haberet: si michil inquit ex magnis
reb9 habueris aut michil feliciter gesseris
Felicitas semper subiecta est inuidie
¶ Si res tua non sufficiat tibi tu parcendo fac vt
sufficias rei tue
Paratas necessitatum remedium est et medi
cina dampnorum
¶ Pecunia auaro supplicium est profuso decus
paradium proditori
Fortuna vt medic9 ignar9 multos cecat. Chilo
¶ Fortuna innocentem sepe deserit ac bona spes
nūq̄p hoc pictagoras

Zenocrates cū inṫ alios taceret interrogatus cur hoc faceret respondit quia loquutū aliquādo me penituit tacere nūq̄ꝫ: nemīnē tacendo multos loquendo arcuimuentos

Antiqui quia non soluebantur delicijs caruerunt multitudine morborum Seneca

Eque stultus ē q̇ flet ꝗ post ānos mille nō viuet sicut q̄ flet ꝗ an̄ mille ānos nō vixit Seneca

Morbi sūt vsure voluptatum Seneca

Magis inter est quis veneris q̄ꝫ quo veneris

Si vis ista quibus vrgeris effugere non alibi sis oportet sed alius

Paupertas nulli malum est nisi repugnanti

Quid sit bonum hominis dicam liber animus erectus alia subiciens sibi se nulli

Malum est loqui multa sed et peius loqui ꝑpia

Architrenius libro secūdo in fine
in laudem ciuitatis parisiensis hec.

Exoritur tandem locus. altera regia phebi.
Parisius. cirrea viris. crisea metallis.
Greca libris. inda studijs romana poetis
Attica philosophis. mūdi rosa. balsamꝰ orbis
Sidonis ornatu sua mensis et sua potu;
Diues agris fecunda mero. mansueta colonis
Messe ferax. inoperta rubis nemorosa racemis
Plena feris piscosa lacu volucrosa fluentis
Munda domo fortis domino. pia regibus. aura
Dulcis. amena situ. bona quolibet. omne venustū
Omne bonum si sola bonis fortuna faueret;

